aeribus qui parentum seminibus manarunt. Denique hec omnis aeris a luna
diffusio sub plutonis potestate consistit. qui etiam summanus dicitur quasi
summus manium. Hec luna que huic aeri preest, proserpina vocatur.
Verum illi manes qui corporibus illo tempore tribuuntur quo fit pri
mi congressio. etiam post vitam hisdem corporibus delectantur. atque cum his
manentes appellantur lemures. que si vite prioris adiuti fuerint honestate
in lares domorum urbiumque vertuntur. Si autem depravantur ex corpore lar
ve perhibentur ac manie. Manes igitur hic tam boni quam truces sunt con
stituti. quos agathos et cacos demonas memorat greca discretio. In
his etiam locis summanes atque eorum prestites mana atque manturna. Hi
etiam quos aquilos vocant item fura furinaque et mater mania in
temperieque et alii tristes divorum degunt. Circa ipsum vero terre circu
lum aer ex calore supero atque exhalatu madoreque infero turbidatus
egredientes corporibus animas quodam fluenti estu collidens non facile
patitur evolare. hincque tractum pyriflegetonta sollertia poetice ad
umbrationis allusit atque in eo phentum strepitu volutata colluderent anima
rum quas vetitus adiudicarit impietas. id est pluton quem etiam dicunt ve
iovemque dixere. Ipsam quoque terram qua hominibus invia est referciunt lon
gevorum chori qui habitant silvas. nemora. lucos. lacus. fontes fluvios.
appellanturque panes. fauni. fones. satyri. silvani. nimphe. fatui. fatueque.
vel etiam fane. a quibus fana dicta quod solebant divinare. hi omnes post pli
rimum evum moriuntur ut homines. sed tamen et prescendi et incurrendi
et nocendi habent promptissimam potestatem. Inter priores igitur genios tu
adhuc mortalis virgo diva consistes. Nam et cum tibi coheret vinculo se
vesta est ut tam immortali diveque precepit dicens. Iam se de concilio iovis di
recta demumque de aetheria virginis parte sumit. Te portitores dive cor
repta lectica magno eam molimine subvexere. Sed postquam c.xxv. mi
lia stadiorum aeria subvecti levitate conscenderant. ac tonum primum ex
prongis complevere celestibus lunare ingressa circulum virgo dive e
gregiis nitoribus supplicando de proximo conspicatur globosi quidam tene
rumque corpus ex supni roris levitate compactum instar speculi pruinen
tis ad iaculantis fulgoris radios reverberare. uno sistris rubicat eleusinaque la
pas arcusque dictamne tympanaque cibelei videbantur. In formis etiam diver
sisque vertigo terribili quadam maiestate intulabit. Que licet cornige
ra et aspera crederentur agrestibus oportuna tamen et felicem et certam et